Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

abstinẽ uos a carnalibus desideris q
militant aduersus animã. E. Audiui.
℣. Vita sororis ℣ Gaudeo si sunt di. Aũ. Alias
oues habeo. Oõ. Oculis qui erraturis
ut uiuiam possint redire iustitiae ue
ritatis tue lumen ostendis. da cunctis
qui iam a professione cesserunt: et
illa respuere que huic uiuiuiea sunt
nomini. et ea que sunt apta sectari.
℣. de cruce. Ipse resurgens. Os q̃ prim
genit. Ad cõcũ. Alla Resurrexit. Inuitatorium.
Surrexit dñs uere. ℟. Pax uobis ego. ℣. Ho
uir eu rel. ℣. Quem tres mlie alla. Lectiones.
Et angelus quem uidi stãtem super mare
et super terram. leuauit ma
nũ suam ad celum: et iurauit per uiuẽ
tem in secla seclorum. qui creauit celũ
et ea que in illo sunt. et terram et ea q̃ in
ea sunt. et mare et ea que in ea sunt.
quia tempus amplius nõ erit. sed
in diebus uocis septimi angeli cum ce
perit tuba. mysterium dei. sicut euangelizauit per suos suos
prophetas. Tu. Hystoria. Dignus es d. ter.
Et uocem audiui de celo iterum loquen
tem mecum et dicentem. Vade accipe li
bri apertum de manu angeli stantis
super mare et super terram. Et abii ad an
gelum dicens ei: ut daret mihi librum.
Et dixit mihi. Accipe et deuora il
lum: et faciet amaricare uentre tu
um. sed in ore tuo erit tamquam mel
dulce. Et accepi librum de manu an
geli et deuoraui eum: et erat in ore
meo tamquam mel dulce. T. Quia
deuoraslem eum: amaricatus est
uenter meus. Et dixit mihi. Opo
tet te iterum prophetare populis et gentibus
et linguis et regibus multis. Et data
est mihi calamus similis uirge di
cens. Surge et mensura templum de
et altare et adorantes in eo. atrium autem
quod est foris templum eiice foras. et ne
mensuraris illud. quia datum est gentibus
et ciuitatem sanctam calcabunt men
sibus quadraginta duobus. Tu autem
Et dabo duobus testibus meis: et
prophetabunt diebus mille ducentis sex
ginta amicti saccis. Hi sunt due
oliue et duo candelabra: in conspectu
dni terre stantes. Et siquis eos uoluerit nocere: ignis exiet de ore illorum
et deuorabit inimicos eorum. Et si quis
uoluerit eos occidere. hi habent potestatem
claudere celum: ne pluat diebus prophetie
ipsorum. Et potestatem habent conuertere
aquas in sanguinem: et percutere terram
omni plaga. quotiens uoluerint. Tu. Et cum finierint testimo
nium suum: bestia que ascendit de abysso faciet aduersus eos bellum: et uin
cet illos et occidet eos. Et corpora eorum
iacebunt in platea ciuitatis magne
que uocatur spiritualiter sodoma
et egiptus ubi et dns illorum crucifixus
est. Et uidebunt de populis et tribubus
et linguis et gentibus corpora eorum per tres
dies et dimidium et corpora eorum non sinent
poni in monumentis. Tu autem.
Et habitantes terram gaudebunt
super illis et iocundabuntur: et munera
mittent inuicem. quoniam hi duo
prophete cruciauerunt eos. qui habitant
super terram. Et post dies tres et dimi
dium spiritus uite a deo intrauit in eos.
et steterunt super pedes suos: et timor
magnus cecidit super eos qui uiderunt
eos. Et audierunt uocem magnam
de celo dicentem illis. Ascendite huc. Et ascenderunt in celum nube:
et uiderunt illos inimici eorum. Et in
illa hora factus est terremotus magnus